

D. HUBERTI
GIPHANII JU-
RISCONSULTI CĒLE-
BERRIMI, ANTECESSORIS
NOBILISSIMI, SACRAE CÆSAR. MAJE-
stat. Confiliarii laudatissimai.

OECONOMIA IVRIS,
SIVE
DISPOSITIO METHODICA O-
mnium LIBRORUM ac TITULORUM totius Juris Ci-
vili Imperatoris Justiniani sacratissimi Principis,
planè nova, cui similis antehac nō visa, cognitionem
deniq; juris affectibus apprimè necessaria.



Cum Gratia & Privilegio S. Casare Majestatis.

ARGENTORATI,
Sumptibus LAZARI ZETZNERI Bibliopola.

Anno M. DC. XII.

OECONOMIA, SIVE COMMENTARIUS DE DISPOSITIONE LI- BRORUM JURIS JU- STINIANI.

Prefatio communis universæ Oeconomie.



O CRATES apud Xenophontem *libr. 5. de*
dictis Socratis, qui vulgo *Oeconomicón* inscri-
bitur: *Ordine, inquit, ac dispositione, nihil vel pul-*
erius est, vel ad usum accommodatus: idque ex-
emplis suomore in Choris scenicis, in ex-
ercitu, in triremi, in navi oneraria, in do-
mo, in ipsa deniq; Rep. demonstrat. Et pul-
critudo ex ordine quidem ita perspicua
est, ut pluribus eam verbis non sit opus
docere. Nam & apud Græcos οξεια & κρητις idem valent: Et Plato
in *Timao* hanc ordinis pulcritudinem in ipso mundo clucere osten-
dit. Utilis est autem ordo primum ob memoriam, quia, ut Aristoteles ait, in libr. *de memoria*, ea quæ sunt ordine disposita, facilius me-
moriae mandantur: partim quia, ut Socrates eo loco differit, eadem
facilius reperiri, & si opus fit, deponi possunt. Denique facit ordo
ad intelligentiam rei, de qua agitur, eò quod rem planiorem red-
dat: ut ordinis perturbatio obscuriorum. Præterea ad hoc quoque
prodest ordo, ut suum quisque officium commodius faciat altero
non impediente: Ad brevitatem quoque mirifice utilis est ordo,
ut eadem res bis, terve non reiteretur, teste Gal. *lib. 6. de tñend. val.*

Cum autem aliarum artium, tum in primis & legum periti ordi-
nis studiosi esse debent, primum propter negotiorum civilium, &
præceptorum juris infinitam ferè multitudinem & varietatem,
quasi & ipsa justitia, jam olim ut memoria quoque Juris consulto-
rum.

A